38605

Krasowski **Donatio**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Branscensibus personaliter comparentes Nobiles Albertus et Andreas olim Michaelis Krasowski sani mentibus et corporibus existentes palam recognoverunt Quia Nobili Francisco Krasowski fratri suo germano et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Krasowo Wielkie in parte Valesie dicta Valendowska sitorum tertiam partem fundi per olim parentem suam acquisitam cum agro campo omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis condictis commodis nullis exceptis perpetuo et in aevum dederunt donaverunt et inscripserunt Sibi eam eamque intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem Regni generalem et nobiles duos quem et quos sibi facilius conducere poterit officiose acceptandi dant et admittunt Submittuntque se iidem recognoscentes cum successoribus eundem donatorium suum et eius successores ab omnibus impedimentis iuridicis et extraiuridicis quarumvis personarum propinquarum et remotarum per et ultra omnes praescriptiones terrestres tueri defendere [illegible] eliberare intercedere pacificare solusque per se et per submissas personas non inquietare sub damnis terrestribus simpliciter taxatis Et coram officio praesenti castrensi Branscensi peremptorie responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessis se et suos successores uti absentes et abrenunciando hac sua praesenti personali recognitione in praemissis mediante.

Falkowski **Olszewo** **Donatio**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Catherina filia olim Adami Olszewski consors vero Christophori Bujnowski (?) cum assistentia eiusdem mariti sui et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Andreae filio Nobilis Pauli Falkowski et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haered[itate] Olszewo Stawarres (?) sitorum sibi recognoscenti per Nobilem Stanislaum Olszewski fratrem suum germanum modo donatorio coram actis terrestribus Branscensibus inscriptae totam et integram sortem suam cum agris pratis campis silvis omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus nullis exceptis pura mera sincera ac irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et resignavit Sibi autem in eisdem bonis Olszewo si quid defuerit tunc in bonis Olszewskie adimplere debebit Sibi eam eandemque intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem Regni generalem et Nobiles duos quosvis officiose acceptandi dat et admittit submittitque se suos cum successoribus eundem donatorium suum et eius posteros ab omnibus impedimentis iuridicis et extraiuridicis quarumvis personarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et conditionis existentibus tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare solusque per se et per submissas personas non inquietare sub damnis terrestribus simpliciter taxatis Et coram officio praesenti castrensi Branscensi peremptoria responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concedi solitis se et suos successores uti absentes abrenunciando

Kostro **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Branscensibus personaliter comparens [illegible]ias olim Mathiae Krzemij sanus mente et corpore existens palam [illegible] Quia Nobili Leonardo filio Nobilis Valentini Kostro et [illegible] tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti videlicet [illegible]mam Quinque sexagenarum grossorum polonicalium Quam quidem summam